



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri
apostatæ super actis Ratisponæ**

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Zuingliani contrarij Lutheranis in pluribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

dederim, nec videor mihi daturus vnq̄ fauente Christo. Et infra: Etsi tantopere periclitatur, q̄d mihi nō placeat populus euāgelicus, ante complures annos hoc ingenue professus sum editis libris. Hæc & plura alia maiora Erasmus illic scripsit contra sectas & hæreses.

Dolus Pellicani.

Habes ergo Bucere, habetis omnes Neochristiani, quid Erasmus homo, quem deus produxit ad oppressæ ecclesie subueniendum, quid de vobis, de doctrina vestra, moribus & fide sentiat: Vt plane ab arte tua excideris, qui hoc dolo à viro illo eruditissimo incepisti, vt cum scias eum magnum nomen eruditionis apud omnes nationes Christianitatis consecutum, simplices existimarent eum à parte vestra stare, qua vafricie & astu etiam Pellicanus vsus initio disputationis Badañ. vt cum Capharnaitam faceret & Berengariani erroris assertorem, adeo vt edita epistola se purgaret Erasmus coram duodecim Contonum oratoribus, falso & mendaciter hanc hæresim sibi à Zuinglianis obtrufam. Sic lib. 4. de pœnitentia asserui Erasmum & defendi ab hæresi, quam impingebant ei sectarij de confessione.

Luther laudatus falso.

Adfert iam patriarcham hæreticorū Lutherum, quem tot laudibus effert, vt nihil ei non tribuat. Possẽm Bucere proprijs telis confodere & complicum: nam sicut paucula adduxi ex Erasmi vnico libello contra Bucerum, sic multo plura possẽm ex Bucero, Zuinglio, Oecolampadio euocare contra Lutherum. At quia damnatorum autorum damnati sunt libri, incendio aptiores omittamus. Solum vt suæ farine hominibus ostendam pseudapostolorum inconstantiam, remitto eos ad libellos sequentes. Oecolampadi vs contra Billicanem de cœna domini, Antisigramma ad Sueuos, super eodem ad Vrbanum & Pillicanem, Brentius de eodem, Zuinglius ad Alberum, Capito de diffidio Lutheri & Carlstadij, Zuinglius in exegefi contra Lutherū, Bucer contra Brentium, Oecolampadius contra Lutherū de

Zuingliani contra Lutherū.

de eucharistia, Zuinglius ad Hofandrū, Zuinglius in sub-
 dio de eucharistia. Idem ad Urbanum & Pillicanem, Lu-
 ther de eucharistia contra Oecolampadium, Bugenhagis
 us de eucharistia: Et quæ egit contra Bucer, quem accusat
 falsarium, q̄ Anno dñi 1526. verterit commentarios illius
 in Psalmos, Illa enim sunt mihi reseruāda vsq; quo & hūc
 maximum dolum Bucer patefaciam, qui circuit mare &
 aridam, sursum deorsumq; cucurrit, vt simulatam quandā
 & fictam attentaret concordiam inter Zuinglianos Sacra-
 mentarios & Ludderanos, quā nec illustrissimus Cattoꝝ
 princeps potioribus vtriusq; partis vocatis potuit confis-
 cere: sicut non credo inter eos factam concordiam ex aīo
 vsq; in hanc diem, sed solum ore ac verborū sophismatibus
 & miris inuolucris fingunt se vnus esse sententiæ, cū mas-
 xime discordent. Hos enim dolos antiquus serpens Buce-
 ro inspirat, apto proditionis organo.

Ecce iacta
 ta hæresis
 corum cōs-
 tituta.

Orditur autē à Luthero, qui nihil ab initio, nisi in prædi-
 candis veniis impudentiā redarguebat. At quomodo non
 pudefit Bucer mentiendo, Lutherum nihil redarguisse nisi
 venias: Cur ergo tot obelis iugulaui eius primas conclusi-
 ones, in quibus tot hæreses sparserat? Cur oīm studiorum
 doctores in eum surrexerunt, qui ob solas indulgētias, nō
 tam multi, tam vehementer se Luthero obiecissent? At in-
 gratiam catholici lectoris, vt videat Luther ab initio ple-
 num fuisse hæresibus & nunq̄ fuisse bonū, vt ei non possit
 prodesse Butzij excusatio, saltem aliqua illius errata ex pri-
 mis suis conclusionibus adferamus.

bb. 4

Initia Lutheri.

Errores
 primi Lu-
 theri.

1. Verbum Christi, pœnitentiam agite &c. non potest de
 sacramentali pœnitentia intelligi.
2. Papa non potest remittere vllam culpam, nisi declarans
 do & approbando illam remissam à deo.
3. Zizania illa de mutāda pœna canonica in pœnā purgas-
 torij vidētur dormientibus episcopis seminata.

4. Moris